

I N D E X

DE CALETI ET GVINAE EX  
PVGNATIONE MICHAELIS  
HOSPITALIS CARMEN.

SIC mutat Fortuna vices, & ludit atrocem  
More suo ludum, nunc his nunc aequior illis.  
Nos adeo fusi & magno certamine victi  
Nuper ab Hispanis, fortes modo vicimus Anglos,  
Ereptas patribus tandemq; recepimus vrbes:  
Oceano in medio iusti regnare Britannis.  
Illi cum lacrymis Terra cessere retenta,  
Possessaq; suis atavis iam tempore longo.  
Namq; erat in satis rediturum haud ante Caletum  
Ad veteros dominos, quam se Regina marito  
Traderet externo veterumq; propagare Regum  
Post habita, nouus hic succederet aduenat regnis.  
Ipse Valesina venturum e stirpe nepotem,  
Merlinus vates multo praxiderat ante.  
Sanguinis vltorem nostri, cladisq; futurum  
Crosciacae cecinit qua Francica penè iuuentus  
Omnis, & extincta sunt longa in tempora vires:  
Non magis ille fuis (quanquam verissimus auctor.)  
Creditus est, Troia Priami quam filia regia.  
Quin etiam tantum his animi victoria duplex  
Addiderat, tantus nostri contemptus, vt arcis  
In foribus summis legeretur marmore duro  
Incisum carmen (valet id sermone Latino)

TVM DEMVM FRANCVS PREMET OBSIDIONE CALETVM  
CVM FERRVM PLVMBVMVE NATABIT SVB E-  
RIS INSTAR.

Barbara vox, suprag; hominum fiducia morem.  
Sed neq; tot circumducta, fusaq; paludes,  
Totq; obiecta vias passim castella par omnes  
Praesidijs incesa virum, potuerit morari  
Nostrorum turmas equitum, peditumq; cohortes.  
Ipsa feros secum diuersis partibus orbis  
Adductos rapiens comites, sublimis in alto  
Lotareus equo, prius est conspectus ad vrbe  
Designare locum castris, & cingere vallo,  
Quam miseru ciues illum potuisse putarent  
Angustos aditus, arctosq; euadere calles.  
Hic labor exoriturq; nouuè, maiorq; priore.  
Murus erat latere e cocto firmissimus, alta  
Incinctus fossa, verum post aggere nullo  
Subnixus, lapidis iactu vix e quore distans.  
In medio litus, Nerei quod proluit vnda,  
Bisq; die refluxo terris illabitur aestu.  
Tum me ludentem nemo, com. hasue legentem  
Viderit, at siccam postquam mare liquit arenam  
Dicedens, pedibus tamen hic consistitur agere.  
Nec patiens onerum locus est: & sepius alte  
Subfidet, imiectoq; fatiscit pondere tellus.  
Hac regione, leui subiectis cratibus aluo,  
Exponenda fuit tamen omnis machina belli,  
Ingens prater ea, suspectuq; ardua turris  
Missilibus portumq; globis, litusq; premebat.  
Omnia que tam multa ferox incommoda nosfer  
Miles, & vnus vicit ducis inclita virtus.  
Expugnata prius turris: mox Regia muro  
Iuncta domus, primos aditus patefecit in vrbe.  
Armatis data pax, & inermibus: vrbe relicta  
Illi si ciues alio concedere iusti.

At tu Guina ferox, homini clementis, & aequi  
Audires potius leges, & mollia iussa,  
Quam rex experire, manu quid possit & armis.  
Non sua nunc euorsa, soloz; equata iacerent  
Mœnia: non domibus lapsis inducat aratrum  
Agricola, inq; nouo sementem praxaret aruo.  
Quis furor, aut quem nam rabies hac, strage virorum,  
Non contenta simul nisi tantas hauriat vrbes,  
Integratq; additis cum ciuibus oppida sacret  
Dij; Erebi? Nuper Teruenam vidimus vrbe  
In Morinis, Edm; superbam vidimus arcem.  
Vix in virisq; locis hodie vestigia parent  
Teclorum, qua sint fortassis in hoste ferenda,  
Id vero, mambus proprijs sua mœnia ciues  
Deicere incensasq; faces supponere teclis.  
Parcere nec patria, victor cui parceret holi;

Quale fuisse putas, hominum magis an ferarum?  
Sed nostris ducibus praclaro munere Diuin  
Intentata prius celo victoria venit.  
Cum mare, cum glaciali hyems, & cū vetus vrbe  
Gloria, cumq; recens aduersa infami a pugna,  
Et nimium Fortuna diu contraria possent  
Talibus, audaces quamuis, abducere ceptu:  
Mens Errice tamen semper tibi constituit vna:  
Te solum referunt animos firmasse tuorum,  
Scilicet vt Regum caelesti numine mentes  
Impellig, trahiq; Deis quocunq; videtur,  
Et quo mortales nequeunt perungere sensus,  
Addiscant homines, mirari cur ita fiant  
Plurima, factorumq; abstinent querere causas.  
Ac Deus u quicunq; tibi fuit istius author  
Consilij, monstrauit iter, ducibusq; praxiuit  
Idem Errice iuis, donec res ordine gesta est.  
Idem, multorum cum posceret ara dierum  
Miles inops, & signa sequi se posse negaret,  
Exhausto penitus belli per tempora fisco:  
Hunc animum in patriam dedit, hanc tibi Carole pntem  
Vt tu vas, sponsor que rei communis, in vrbe  
Parisa, bidua omne bonis a ciuibus aurum  
Acciperes: qua mox diuisa pecunia fratri  
Morigeros comites, & ad omnia iussa paratos  
Reddidit. His opibus pulsi cessere Britanni  
Littoribus nostris maria vltra carula Ponti.

Quas, ergo, tot opumque Deo tanteq; dator  
Latua, nobis fas est persoluere grates?  
An delecta boum, pecudum vel corpora centum  
Illius aute pias grati maclabimus aras?  
An latum Paana canemus, loque triumpho?  
Quodque solet dici victorum armen honori?  
Vsurpata malis cultoribus ista Deorum.  
Nos hanc gloriolam potius, laudemque sinamus  
Inuictio, fortique Deo: turgentia Regum  
Colla superborum qui procerit, & pede calcat:  
Subiectos, humilesque, ipsique accepta ferentis  
Omnia, tollit humo supera ad conuexa polorum.  
Qui nos successu nimio, rebusque secundis  
Inflatos, ideo castigat more paterno  
Causibus exercens varijs, nec nostra futemus  
Qua nos ille frui secur a mente sinebat:  
Vt rerum & columen nostrarum, spemque salutis,  
Priuari, Regesque Deo ponamus in vno:  
Nec fracti nimium, dura cum sorte grauamur:  
Nec rursum elati, veniunt cum prospera nobis.

- 5 Calis, idem & Gades.
- 21 Cameracum
- 21 Cameracum an sit Romanorum Samarobrina,
- 21 Cameracensis Episcopatus multo tempore cum Atre-
- batensi coniunctus & vnitus fuit.
- 30 S. Canutus Martyr Rex Daniæ.
- 61 Caprarola Arx Farnesiana
- 9 Captiuorum a Saracenis Christianorū mira defensio,
- 14 Carceres, in quos Christianos Mauri protrudebant.
- 11 Cartama Berticæ prouinciæ in Hispania opidum.
- 57 Caroli Mansfeldiæ Mons.
- 59 Carl V. & Ferdinadi fratrū in valle œnipôtis occurfus
- 64 Castellum nouum.
- 9 Castitatis mira defensio,
- 51 Castra Regina.
- 65 Castrum oui.
- 69 Catanensē Gymnasium
- 69 Catana, vctus Sicilię vrbs.
- 69 Catana Sicilię vrbs in Demona valle mari vicina, agro  
fertili gaudet, Theitin vinū ibi natū, praxtat omni vino.  
vniuersitate etiā, & publico literarū studio Catana incla-  
rescit, vbi M. Marcellus prætor Ro. post captas Syracusas  
pulcherrimū gymnasium, extruxit, quod etī per tēporis  
rerum, edacis, iniuriam, collapsum erat: tamē in præsens,  
vt scribit Marius, sic restitutum est, vt in omni artium libe-  
ralium genere frequentissimū sit. Vnde præstantissimos  
viros prodijisse, ait: Charondam nimirum legislatorem,  
celeberrimum, quem gladio, quod contra propriam le-  
gem, ne quis armatus in concionem veniret fecisse vide-  
retur, incubuisse ferunt: Clarissimumq; iuris canonici in-  
terpretem, Abbatem Panormitanum Archiepiscopum.  
Diodorus